



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DCCCLXXII. ad annum DCCCCIX.

Parisiis, 1644

XLVII. Si quis spiritalem habet compatrem, cuius vxor commater non est,
eo defuncto, eius viduam licet ei ducere vxorem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15967

ANNO
 CHRISTI
 895.

fugerit, & vir eius ab episcopo semel aut bis vel sa-
 pius repetierit, si vitam ei obtinere possit, per-
 quirat, & reddat: sin autem, omnino non reddat.
 Maritus vero, quamdiu ipsa viuat, nullo modo al-
 teram ducat.

XLVII.

Qui spiritalem habet compatrem, cuius filium
 de lauacro sacri fontis accepit, & eius vxor com-
 mater non est, liceat ei, defuncto compatre suo,
 eius viduam ducere in vxorem, si nullam habent
 consanguinitatis propinquitatem. Quid enim?
 numquid non possunt coniungi, quos nulla pro-
 ximitas carnalis, vel * in id generatio secernit spi-
 ritualis?

* nulla

XLVIII.

Illud etiam nec canonica institutione diffini-
 mus, nec introductione aliqua refutamur: sed pro-
 pter eos qui diuerse de eo sentiunt, hoc loco ali-
 quid commemoramus. Si quis suæ spiritualis com-
 matris filiam fortuito, & ita contingente rerum
 casu, in coniugium duxerit, consilio maturiori
 seruato, habeat, atque honeste legitimo coniugio
 operam det.

XLIX.

De his qui in adulterio iuncti, per incentiua li-
 bidinis male filium vel filiam genuerunt, canonicè
 præiudicamus: vt quando ab episcopo iusta diui-
 sione separantur, eo tenore seiungantur, ne vltra
 spe reuersionis deludantur. Quare, si quid inter se
 proprietatis aut pecuniæ communi donatione tra-
 diderunt, * vt quæ communi seruent infanti. De

* vtique